

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Patri suo charissimo. S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

la se subito uendidisse omnia exēpla. Non credas,  
 quām ipse mihi succensere cōperim, quōd serius  
 adueniſſem. Inueni tamen apud comilitonem quen-  
 dan meūp: quod quidem sic amabat, ut nulla pe-  
 cunia (ab eo) impetrare potuerim. Sed expugnauis  
 eum mentione tui nominis. Etenim cūm tua in stu-  
 dijs illustrandis atq; ornandis diligentia ac fides  
 nūmī sit obscura, neminem existimabis nostri or-  
 dinis, qui te non propter uirtutem ac doctrinam  
 tuam plurimum amet. Mitto tibi codicem, ut a-  
 liquod habeas meā amicitiā μνημόσυνον: quod  
 spero tibi non solum propter scripti eleganciam  
 sed etiā propter nostrā amicitiā fore gratissimum.  
 Equidē agnoscō, me tibi pro tuis immortalibus be-  
 neficijs, non minus quām parentibus ipsis debere.  
 Quamuis autem in referenda gratia non possum  
 tecum paria facere: tamen efficiam ut intelligas,  
 me animo erga te gratissimo esse. Philippus polli-  
 citus est se eius rei, de qua collocuti sumus, occa-  
 siones summa diligentia obseruanturum esse. Intel-  
 ligō eum de ingenio tuo ac studijs tuis honorificen-  
 tiūmē semire. Bene uale. A. 1533.

Patri suo charissimo. S. D.

Charissime pater. Et animi gratitudinem tibi  
 perpetuam, Deo iuuante, præstabo: et nūc prope  
 cunia missa gratias ago: perficiāq; summa diligen-  
 tia, ut mei mores et studia tibi probentur, ut sepe

M mhi

unum exem-  
 plum  
 fille  
 literaturum

Hague  
 nostraræ

mibi illud Epaminundæ dictum propono, qui inquit hunc se maximum fructum suorum laborum capere, qui adhuc haberet parentes spectatores sua glorie, qui uerè letarentur filij uirtute, iudicauit enim dulcissimum esse, probari à parentibus. Mihi quoque summe cura erit, ne ulla in re uoluntatem tuam offendam.

Inchoavi Iuris studium, quod felix et faustum sit, nec tamen exercitia lingue Latine et Philosophiae omittam. Scio enim hac doctrina illustrari scripta Iurisconsultorum. Expectamus autem tuum aduentum, ut de tua sententia eligatur alius, qui me familiariter docere possit. Be-ne uale.

### Alia.

S. D. Charissime pater. Etsi magister Erasmus in patriâ profectus est: tamen studia doctrinæ non intermitto. Abiturus enim adiunxit mihi suum conterraneum doctum et modestum uirum, cum quo repeto doctrinam de circulis celestibus et exercitia computationum, que necessaria sunt ad loca Planetarum inuenienda. Incepit autem et institutiones que continent elementa Iuris audire, que cognoscenda sunt non ideo tantum, ut ad forum et ad lites instrua-